27 Febr. 1614. Admodum Reverendi Domini
Confratres observandi.

Mitto Admodum Reverendis Dominibus Vestris litteras ab Illmo Domino Episcopo, quas hodie hora duodecima accepi. Intelligent probe R. D. Vestrae quomodo Illmum Dominum Episcopum plurimum affligat istius Donativi tarda illatio seu potius acquisitio. Habemus hic omnia adiumenta pro inscriptionibus ex parte Illmi necessaria et oportuna. Quamobrem mitto D. Capitaneum Brunsbergen. cum praesenti inscriptione pro haeredibus Anglici civis olim Brunsbergen. ut habito a R. D. Vestris consensu, summam levare idem D. Capitaneus possit. Tum et alias litteras mitto quibus forte ad priores litteras RR. DD. Vestrae responsum continetur. Sic me favore et gratia RR. DD. Vestrae diligenter commendo. Heilsbergae 27 Febr. 1614

Admodum Reverendi Domini Vestri

Contributionem Regiae Nobilitas non infert, sed processum iuridicum extrahere nitatur. Miseri vero subditi Episcopatus in plurimis locis omnino extrahere nequeunt.

In Episcopatum Culmensem Nominatus est D. Cuczborski.

Confr. et servitor
Lucas Brul
Kowski

45